Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 3. De modo pugnandi & vincendi in martyrio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

CAP. III.

De modo pugnandi & vincendi in Martyrio.

ARma, quibuſcum decertat & pugnat S. Martyr, ſunt viva fides, certa ſpes, & charitas perfecta.

Primò, fides. Quia *per fidem Sancti vicerunt regna,*
affirmat Apoſtolus. *Et quod tibi videtur durum*, ſub- *Ad Hebr. 11*
iungit Auguſtinus, *non erit durum ſi adſit fides.* Per fi-
dem vident Chriſtum, qui, uti docet S. Bernardus, S. Bern.
ſimul eſt *ſpeculum & præmium; ſpeculum patientiæ, & ſerm. 47.*
præmium patientiæ. Chriſtum tanquàm ſpeculum imi- *in Cant.*
tantur, eoque veluti præmio gaudent & fruuntur.
Immobilis Martyr ſemper ob oculos mentis ſuæ ponit
ſacrum Chriſti crucifixi ſpeculum, qui *fuit ſimul Mar-*
tyr & Martyrum corona, & forma Martyrij: recogitans S. Bern. ubi
eum, qui talem ſuſtinuit adverſus ſemetipſum contra *ſup.*
dictionem, ut non defatigetur animo ſuo deficiens. Ri-
matur & miratur patientiam Dei in Chriſto, & eâdem
fortificat & roborat propriam: *Non ſentit ſua vulnera* S. Bern. ſer.
miles, dum ſui Ducis vulnera intuetur: nec licet citra 13. in Cant.
ſanguinem ad verbum accedere, imò inconveniens & *Clē. Alex.*
abſurdum maximum judicat, vivere & militare ſub ve-
xillo verbi crucifixi, ſi vitam & ſanguinem non profude-
rit cum ipſo, & pro ipſo.

Conſiderat in illo Crucifixi ſpeculo, quanta paſſus
fuerit in famâ & honore *per irriſiones & contumelias*: S. Tho. 3. p.
quanta in corpore *per vulnera & flagella*: quanta q. 46.
in animâ *per triſtitiam, tædium, & timorem*: quan-
ta in cunctis membris corporis *per ſpinas, clavos,*
alapas & ſputa: & in omnibus ſenſibus: *ſecundum*
tactum, flagellatus & clavis confixus: ſecundum
guſtum, felle & aceto potatus: ſecundum olfactum,
fœtore cadaverum: ſecundum auditum, laceſſitus vo-
cibus blaſphemantibus & irridentibus: ſecundum viſum,
videns Matrem & Diſcipulum, quem diligebat, flentes.

Ad

Ad horum intuitum *exultat & triumphat* ...
rato corpore, rimante latera ferro, invictus Chri...
S. Bernar. *Vbi ergò tunc anima Martyris? Nempe in tuto,* ...
ſerm. in *petra, nempe in viſceribus IESV, vulneribus* ...
Cant. *tentibus ad introeundum. Si in ſuis eſſet vi*...
tans ea, non conſiderans plagas & vulnera ...
ferrum profectò ſentiret, dolorem non ferret, ...
& negaret. Aſt quia habitat in Chriſto, ...
pretioſiſſimis plagis, cunctum ſpernit dolorem ...
Surius 29. moſus perſiſtit *in voce fortiſſimæ confeſſionis.* ...
Mar. Joannes interrogatus, unde in tantis tormentis ...
talem conſolationem, reſpondit: ex conſi...
Paſſionis & Mortis Salvatoris: *Conſolatio* ...
eſt ex ſancto illo Ligno, cui affixus eſt Dominus ...
Chriſtus. Primæ huic viſioni correſpondet alte...
tanquàm præmij: *Præmium patientiæ.* Hæc ...
præmij talis eſt, inquit S. Cyprianus, ut ad M...
invictum & conſtantem efficiendum ſola ...
S. Cypr. de *Has cogitationes (ſcilicet de præmio futuro) quis* ...
hort. ad *poteſt vincere? quæ poſſunt tormenta frangere?* ...
Martij. *tur oculi in perſecutionibus terra, ſed patet cælum* ...
tur Antichriſtus, ſed Chriſtus tuetur: mors ...
ſed immortalitas ſequitur: occiſo mundus eripitur, ...
ſtituto paradiſus exhibetur: vita temporalis ex...
ſed æterna reparatur. Hæc oportet mente & ...
complecti: hæc die ac nocte meditari.

Hebr. 10. Quid mirum deindè, ſi per fidem *cognoſcentes* ...
bere meliorem & manentem ſubſtantiam, cum ...
ſuſcipiunt rapinam, non ſolum bonorum, ſed pro...
guinis, propriæ vitæ? Perfidia Tyrannorum SS. ...
res catenis carceribusque includit; at viva fi...
& ſoluti abeunt. Corpus patitur inter vincula ...
ter choros Angelorum gaudet anima. Aſſiſtunt ...
carnifices eos torquentes: illinc prompti adſunt ...
eosdem conſolantes & coronantes. Luciferi ...
turma nonniſi Martyrum meditatur ruinam: C...
cœlorum ſtipatus exercitu attendit eorundem ...
Surius 13. S. Alexander Martyr viva fide, imò clara quadam ...
Maij. cœleſtis gloriæ, nulla ſentiebat tormenta ipſum ...
tia; ſed inter illa gaudebat: *Video,* dicebat, ...

riam mihi præparatam : quare delectatus ſum , & ultavit ſpiritus meus. Et alter Alexander S. Antoni comes & ſocius , in tormentis nihil reſpondebat; ſolum *cælum intuebatur* , ipſum à longinquo veluti recreans, gaudebatque æternorum bonorum fruantia.

Armati fide, certa quoque ſpe in Chriſto ſe arment, neceſſe eſt. De ſanctis Martyribus dicitur: *Vicerunt propter Sanguinem Agni* : non ſolùm accipiendo meritum; ſed etiam imitando ejus exemplum: idque certiſſima ſpes eſt, *quæ non confundit* , probata in fornace tribulationis, & proprio confirmata ſanguine. Quàm certa eſt ſpes militis, qui à Rege ſuo petendo præmium, ſimul eidem oſtendit vulnera? Talis eſt petitio Martyris: per tot vulnera tanquam per tot ora emittit preces ſuas ad Deum : & dum ſperat in ſanguine Agni, eodem tempore copiosè profundit proprium. Spes, ut ſit certa, debet eſſe conjuncta bonis noſtris operibus. Qualis igitur erit ſpes illa Martyris , unita tali operi, quod *habet rationem ſummi & optimi* , quod eſt dare vitam pro Chriſto? S. Pontianus in maximis conſtitutus tormentis, hiſce ſe confortabat verbis: *In Domino confido, non timebo. quid faciat mihi homo.* Et S. Zoſimus Martyr ſpe in Chriſto roboratus, non ſolùm non formidabat tyrannum; verùm etiam eundem provocabat ad inferendam ſibi mortem, dicens: *Totum corpus meum comburе, nunquàm enim me vinces : præſto eſt Chriſtus, qui me corroboret. Et ego à te interfici valdè cupio : hæc enim eſt mea voluntas in Chriſto Ieſu.* Hæc, ut notat Tertullianus, non unius ſolius Martyriis, ſed omnium Martyrum verba erant communia, qui generoſo ac intrepido animo itè alloquebantur Tyrannos : *Cruciate, torquete, damnate atterite nos: probatio eſt enim innocentiæ iniquitas veſtra.*

Apoc. c. 13.
Rom. 5. c. 5. v. 5.
Pſal. 55.
Surius 14. Ian.
Apolog. in fine.

Inter arma Martyri neceſſaria ultimum, eumque potentiſſimum locum obtinet ardens charitas. Cauſam inquirit S. Bernardus, cur Sancti Martyres *torrentur & rident; feriuntur & gaudent : occiduntur & ecce triumphant?* Reſpondet, *quia charitate pleni, tormenta Martyriorum non ſentiunt.* Eſt effectus charitatis , quæ ani-

S. Bern. de Can.

animam in proprio corpore, ubi patitur, vel
tuam, & vivam ſolùm in Deo, quo gaudet.
Ardens vis charitatis elevat Martyris animam
Gerſon. mnes creaturas: undè corde generoſo ſub De
univerſa: & liber ab omni timore & ſpe mund
minimùm allicitur, aut deterretur à quacunq
tura. Tale cor erat magno Apoſtolo &
S.Paulo, uti optimè advertit S. Chryſoſtomus.
S.Chryſoſt. Laud. 169. *Paulus charitate Chriſti animatus, gentes*
veluti arenam reputabat, Tyrannos furorem
veluti quosdam pulices æſtimabat: cruciatu
menta ludum putabat eſſe puerorum: decoll
victus, catenâ magis quàm diademate
deſpiciebat univerſa, quæ cernimus, ut
jam putrefacta contemni. Et quid mirum,
Sanctus, cùm non ſolùm poſſidebatur à ch
ſed totus fuerit charitas: *Sicut miſſum*
ferrum totus ignis efficitur: Sic Paulus charita
cenſus, totus effectus charitas. Quapropter
contemnebat, quaſi in alio pateretur, vel adam
poſſideret corpus.

Hæc charitate inſtructi SS. Martyres, fœlic
ſuam in hoc ſolo reponunt, nempè, in pati &
Chryſoſt. hom. 3. Chriſto: *Hæc eſt amantium lex: tunc ſe fœlices*
cùm adverſa pro his, quos diligunt, ſuſtinent.
charitatis Chriſti ſcopum collimant, eique
S. Bernardus. formare ſatagunt: *Diſcunt à Chriſto, quomodo*
Chriſtum, & ibi ponunt ſuæ dilectionis metam,
ſtus poſuit ſuam.

Ultra has virtutes, ut quis fœliciter palmam
Martyrij, neceſſaria quoque eſt continua
S. Aug. to. 10. ſerm. de Orat. & Iejun. Per hanc, inquit S. Auguſtinus, *quidquid*
choat, ſpes cumulat, charitas decorat, continua
tione ſervatur. Per hanc in confeſſione
in tentatione duramus. Per hanc pro Chriſto
vincula ſuſtinemus. Per hanc poſtremò beata
conſummamus. Ratio hujus eſt, quia opus
ſuperat debilitatem noſtram, & Chriſti poſtulat
tudinem, quæ nonniſi media oratione acquiri
impetratur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hæc Sanctorum Martyrum arma ſunt. Inveſtige-mus modo armamentarium, ubi ejusmodi formantur & conſervantur arma. Armamentarium eſt ſanctiſſimum altaris Sacramentum, quod ſimul eſt *Myſterium fidei, ſuſtentaculum ſpei, Sacramentum unionis & amoris.* Eſt convivium, *in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria Paſſionis ejus.* Sacramentum hoc unionis & amoris eſt figura, *in quâ futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Non ſolùm eſt Sacramentum, ſed etiam ſacrificium, ut ejus exemplo animemur ad ſacrificandos nosipſos Chriſto, quemadmodùm ipſemet Chriſtus ſe ſacrificavit Patri ſuo æterno pro nobis.

Hæc eſt memoria illa, quam Chriſtus exigebat à nobis, videlicet, imitatio: *Hoc facite in meam commemorationem:* exponit S. Cyprianus, *in meam Imitationem.* Et ſicut optimè notat S. Gregorius: *Chriſtus verè pro nobis hoſtia erit Deo, cùm nosipſos hoſtias fecerimus.* O Armamentarium potentiſſimum, Sanctiſſimum Sacramentum! juremerito illud vocare poſſumus Seminarium fœcundiſſimum Martyrum. Vincunt Tyrannos, ſuperant tormenta, & quare? *Paraſti menſam adverſus eos, qui tribulant me?* Exponit S. Cyprianus, *contra Tyrannos perſequentes ad Martyrium.* Ad ſanctiſſimum Sacramentum tanquàm ad turrim fortiſſimam: *Ubi eſt omnis armatura fortium,* recurrebant S. Martyres primitivæ Eccleſiæ, dicebantque audacter Tyrannis: *Chriſtiani ſumus, & collectam fecimus:* quod idem erat, ac ſi dixiſſent juxta expoſitionem S. Cypriani: *Parati ſumus ad omne martyrium, quia armati Corpore & Sanguine Domini in Sacramento.*

Luc. 22.
Dial lib. 4. c. 55.
Pſal 22.
S. Cypria.
Cant. 4.
S. Cyprian

Hactenùs de armis, admodum decertandi & pugnandi jam progrediamur.

Accedunt Patrini ad campum ſeu locum certaminis in auxilium militis Chriſti. Et hi, opinione Tertulliani, alij non ſunt niſi Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: *Agonotheta eſt Deus, Xyſtarcha Spiritus Sanctus, Epiſtates Chriſtus Ieſus.* Aſſiſtit Pater æternus, ut præmium clarificetur: Sanctus ſanctus, ut defendat: Chriſtus Jeſus, ut locet pugilem, & pugil palmam & victoriam reportet.

Tertull. ad mart. c. 3.

Ec-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Orig. hom. in Ezech. Caſſ. coll. Ecquænam erit gloria & magnificentia illi[...] ubi præſens eſt ſanctiſſima Trinitas, Angelo[...] exercitus ſpectantes & defendentes Chriſti m[...] inter hos *Angelus Martyrij* ad hoc officium [...] deputatus?

S. Cypria. ad Martij. Quæ major poteſt eſſe dignitas: ait S. Cyp[...] habere ſpectatores Deum, Angelos, & Chri[...] gnare in præſentia Dei: ipſis Chriſti manibus co[...] *Prælìantes nos, & fidei congreſſione pugnantes ſ[...] ſpectant Angeli & Chriſtus. Quanta eſt gloria [...] quanta fœlicitas, præſente Deo congredi, & Chri[...] coronari?*

Aug. lib. 2. ſymb. cath. Spectaculum vereàdmirabile, reſumit Aug[...] *In quo Deus adjuvat, fides impetrat, ſancti[...] præmium conſequitur tale, quod & ille, qui vic[...] piat; & qui donaverit, nihil amittat.*

S. Cyprian. exhor. ad Mart. c. 10. Quid poterit deterrere Martyrem tantis m[...] præſidiis? Tyranni? Dæmones? *Major e[...] nus ad protegendum, quàm Diabolus ad impug[...] Si habes Antagoniſtam Diabolum, habes Ag[...] Deum.*

Tertull. l. 1. de Patien. c. 14. Guil. Par. de motib. c. 10. Præparato certaminis loco, deſcendunt in a[...] giles concertaturi; at differentibus armis, [...] armatur Tyrannus, Charitate Martyr: arma i[...] ſunt crudelitas & ferocitas: arma charitatis p[...] & fortitudo: *Vno patientiæ clypeo omnia ſuperat[...] patientiæ decertat & vincit.* O victricem, & glo[...] Patientiam! *Victrix glorioſa patientia, quæ ſine [...] repercuſſione hoſtes dejicit ac proſternit.* Vincit pe[...] ſuperat cedendo, & moriendo vivit. Scuto inſc[...] gerit Paſſionem & Mortem Imperatoris & D[...] Chriſti Jeſu, & ſymbolum hoc in medio confe[...] *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inven[...]*

Matth. 10. & : *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam [...] non poſſunt occidere.*

Cyprian. de duplici Martij. Petr. Max. Mart. Sur. Procedunt ad verba, & ſe invicem provocant: [...] fert miniſter Sathanæ impia & ſacrilega verba: [...] *Chriſtum, & immola Iovi, & eſto amicus noſter, [...] morere.* Reſpondet intrepidus Chriſti miles: *No[...] Deum adoramus, Creatorem cœli & terræ; [...]*

rtor & moneo , Deo vero ſacrifica , ut poſſis evadere rmenta diaboli : alias cum Diis tuis in igne ſempi- rno ardebis. *Feram in te* , replicat Tyrannus, *otentiam mortis , & variis faciam te tormentis affici.* eſpondet Martyr : *Hoc eſt , quod totâ aviditate ſpecto , ut per temporalem vitam perveniam ad ſem- ternam.*

De verbis deſcendunt ad facta. Exhibent impij arnifices militi Chriſti varia tormentorum genera ; gnem , ferrum , equuleos , metalla liquefacta, lagella , feras immaniſſimas. Aſt nullo concutitur imore intrepidus militis animus , imò tyranno in- clamat : *Parva ſunt hæc , non timeo tormenta tua :* S. Plato Su- *neque enim ignis , neque crux , neque ira beſtiarum,* rius 22. Iul. *neque ablatio membrorum nobis perſuadent à Deo vivo deſiſtere. Neque enim diligimus , quod nunc eſt, ſeculum; ſed , qui pro me eſt mortuus , & reſurrexit, Chriſtum. Mihi vivere Chriſtus eſt : & pro ipſo mori, lucrum & gloria.* Immanis Tyrannus Chriſti victi- mam offerri , hauriri è venis ſanguinem , ardenti- busque prunis imponi imperat. Impij exequuntur juſſa Tyranni : & ecce *Sponſus ſanguinis poſitus in thalamo nuptiarum* , plaudit & jubilat veluti in die ſponſaliorum : ſuſtollit in altum oculos , contem- Apoc. 19. platur , quomodò *Vxor præparavit ſe* , cœleſtis glo- riæ ſponſa, beata, inquam, Dei viſio : cœleſti repletus gaudio locum dare nequit triſtitiæ , non perſentit tor- menta, flores æſtimat prunas ardentes , aurum ſuavem flammam , & currum triumphalem gloriæ judicat eſſe feretrum mortis. Obſtupeſcit terra , & cœlum miratur *exultantem in morte , & inſultantem morti :* S. Bernard. *Vbi eſt mors victoria tua? ubi eſt mors ſtimulus tuus?* ſerm. 22. *jam non ſtimulus , ſed jubilus , jam cantando moritur* Cant. *homo, & moriendo cantat.* Dimittit oculos , cir- cumſpicit & videt ; quod *Martyriorum ſtolæ præ-* Tertull. *parantur , Angelis bajulis ſuſtinentur.* Videt An- gelum martyrij , unâ manu deferentem palmam, alterâ coronam ; ut præmio afficiat & coronet Chriſti militem. Prorumpit Martyr in gratia- rum actionem ; laudat & benedicit Dominum :